



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 1. Perfectio Statibus omnibus communis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

præcinctus; & gladius quem secum gestat; & annuli ac gemmæ, quibus  
cius digiti ornantur, ac reliqua ad pulchritudinem & perfectionem om-  
nium membrorum suorum spectantia? altera res, quam nobis proponit,  
est sanctitas & perfectio vnicuique fidelium iuxta suum statum accom-  
odata, ut eam imitetur, quæ in ipso met Christo ad nostrum exemplum re-  
splenduit, quemadmodum iam declarabitur.

§. 1. Perfectio Statibus omnibus communis.

**S**ANCTITAS omnibus communis in quocunque statu quatuor illa  
complectitur: PURITATEM à culpis, Passionum MORIFICATIONEM,  
PERSEVERANTIAM. Hoc verò totum significat S. Ioannes, cùm ait sevi-  
disse Christum Dominum nostrum vestitum podere, quæ (ut ait S. Hiero-  
nymus) erat a vestis, sive tunica sacerdotalis bissina, sive linea subtilissima,  
longa usq; ad pedes; adeò verò angusta, ut nullam faceret rugam, ad signi-  
ficandam Sanctitatem & Perfectiōnem, quæ in diuina ipsius persona elu-  
xit, & quæ merito debet in mystico ipsius corpore, & in omnibus iustis,  
cuiuscunque Status, splendere: omnes enim esse debent gens sancta, & Sa-  
cerdotes spirituales, & sanctitatem ac puritatem induere tanquam talarem  
vestem, qua totum corpus contegatur, & in omnibus suis operibus præ-  
cere, iuxta id Ecclesiastici: bis sequaris iustitiam, apprehendes illam; & indue  
illam quasi poderem honoris. Quæ vestis longa esse debet, quia (ut ait S. Gre-  
gorius) nullam corporis partem nudam, aut peccato discovertam sinere  
debet. Descendit autem usque ad pedes, quia perseverandum est usque ad  
finem boni operis, & ipsius vita; non permitentes transire ullum diem,  
quo sanctitatis vestis nos non tegat bonis operibus. Debet tamen esse tuni-  
ca stricta, eo quod oporteat continuum ei mortificatione coniungi, & e per  
arctem viæ ambulare, & intrare per angustam portam, quæ dicit ad vitam. Ab-  
sque mortificatione enim quæ nos stringat, & comprimat, non potest san-  
ctitas conservari. Ex quo prouenit, ut vestis hæc nec maculam culpæ aliquā  
habeat; nec temporis rugam, quæ ad culpam disponit. Quod præclarè S. Augu-  
stinus expendit, dicens: quemadmodum linea vestis post lotionem extenditur  
valde super aliquid lignum, & crucifigitur, ut rugam non habeat: ita iusto-  
rum vita, postquam à grauioribus culpis est lata, necesse est, extendi & cru-  
cifigi, ne leuum culparum aut imperfectionum rugas contrahant. Quem-  
admodum Apostolus dixit, d. Christum Dominum nostrum ita dilexisse Eccl-  
esiā, ut se ipsum traderet pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lauacro vita, ut  
non haberet maculam ullam aut rugam, sed ut esset sancta & immaculata.

Hæc est iustitiae & sanctitatis vestis, quam iusti omnes conser-  
uare debent, in quocunque sint statu constituti, ad imitationem eius,

quam

Sanctitas  
Christi imi-  
tanda.

Exod. 28. 4.  
pist. 127.  
d. Fabiol. 3.  
le. Veste 1a.  
erdotali.  
Vestis 1.  
Longa 2. Aa.  
edes 3. tri-  
ba.  
Eccl. 27. 9.  
ob. 19. 14.  
Lib. 19. Mo-  
ral c. 16.

Lib. 1. Mo-  
ral. c. ult.  
c. Matt. 7. 14

In Psalm.  
132.

d. Ephe. 5.  
27.

quam ipsem Salvator habuit in sua vita, de quo ait Isaías, quod semper fuerit e *indumento iustitiae circumdatuſ & vſimentis ſalutis induituſ*, donec in ligno crucis mortuus est, vt iustitiam cum summa puritate & perfectione conseruaret. Nec sine magno mysterio voluit in morte f *veſtes ſuas militibus ipſum crucifigentibus*, ita relinquere, vt exterioreſ in quatuor partiuiderent, & unusquisq; unam acciperet; tunica vero inconsuſtilis, quæ erat interior, vniſoliforte contingereſ; quia ipſe non permifit eam diuidi. quo facto duplē ſanctitatis modum inſinuauit, quam hæreditate homini bus reliquit, pro quorum redēptione voluit affigi cruci. Altera ſanctitas & iustitia eſt interior, per hanc tunicam ſignificata, quæ conſiſtit in gratia, & charitate, cum virtutib; moralib; infuſis ac donis Spiritus Sancti. Et hæc non potest diuidi; ſed integra datur omnibus iustis, qui ſunt tanquam vnuſ ob amoris vnitioñem. Et (vt Apoſtolus dixit) g *fōrte datur, non humana, ſed diuina: vocatioſe ſcilicet & electione Dei.* Sine hac tunica & veſte, quæ eſt tanquam h *veſtis nuptialis*, nullus potest dignè affiſtere conuiuo Ecclesiæ militantis; ac proinde nec intrare ad ea conuiua, quæ habentur in triumphante. Altera ſanctitas eſt, quæ licet ab interiori profiſcatur, exigit tamen exterioreſ aliquos actus, ad quos dirigitur. Et in hiſ diuifio eſſe potest, quam ſignificant exterioreſ Chriſti veſtes in partes diuile. Ad hanc pertinet ſanctitas & perfectio ſpecialis Statuum & Officiorum Ecclesiæ, quæ non omnia dantur vni, ſed inter diuersos fideles diſtribuuntur, assignato vnicuique aliquo. Dicuntur autem iſpi eos diuidere inter ſe, quia vt plurimū illi eos iuxta ſuas inclinations, & ob proprias aliquas rationes & motiuas eos eligunt: quamvis non propterea ceneſatur excludi diuina vocatio. Imo Sanctus Mar‐  
cus ait: poftquam diuila erant veſtimenta, i mifile milites fortem ſuper eis, quis quid tolleret, vt ex eo intelligamus, etiam in hiſ diuisionib; locum eſſe forti diuinæ vocationis & electionis. Prima tamen & præcipua omnium cura eſſe debet, vt cuique ſc̄elix ille ſors contingat tunice inconsuſtilis, gratia ſcilicet & charitatis, quæ omnibus Dei filijs communis eſt, & illorum tantum proprietas: quæ deſuper erat contexta, quia cum singulari excellentia venit e caelo, vnde k *deſcendit omne datum optimum, & omne do‐num perfectum.* Et quemadmodum CHRIſTUS Dominus noster prius hanc tunicam induit, quam cætera veſtimenta: ita iure merito omnes Christiani deberent iustitiam & ſanctitatem Chriſti induere, & ſuper eam ſpeciales addere gradus perfectionis, quæ ad ſuum cuiusque Statum per‐tinet.

e Iſai. 61.  
10.f Ioan. 19.  
23.Charitas  
tunica  
Chriſti in‐  
consuſtilis.  
g Ephe. LII.h Matt. 22.  
11.Reliqua‐  
rum virtu‐  
tum veſtes  
diuiduntur.i Marc. 15.  
24.k Iacob. 1.  
12.